

BENEVOLO, AC RELIGIOSO LECTORI.

Uniformitas in ritibus, ac conformis in Divinorum
Officiorum Ceremoniis observantia reddit Ecclesi-
am, sicut Sponsam ornatam, eique potissimum decus tri-
buit; Plurimum item iuvat ad excitandum fidelium de-
votionem erga Sacrosancta Mysteria, & ad represen-
tandam in terris triumphantem Ecclesiam, ad quam per
solemnes ritus, & per Divinum Cultum ordinatè perso-
lutum tendere inflammamur: ad hanc uniformitatem, &
parem in ritibus consonantiam servandam Providentissi-
mus N. B. P. Ceremoniarum specialem Librum insti-
tuit, sed cum in illo non omnia tam distinctè explanentur,
& plura non amplius sint in usu in Ecclesia Romana,
quod praevidens idem S. P. nobis cautè praescripsit, Di-
vinum Officium, Missamq; Celebrare juxta Romanæ Ec-
clesiæ Ritus, idèd plures ex Nostri pio zelo affecti
Cereimonialia ad nostrum usum composuerunt, ut P.
Ruiz, & ex hac Genuensi Provincia P. Laurentius de
Peyrinis, & P. Theodorus Solarius, qui praecipud am-
pliori explanatione rubricas dilucidè exposuit, inciden-
tes difficultates solvit, Ritus, ac Ceremonias ad melio-
rem, & magis usitatam formam instituit, cum tamen
praefati P. Solarii Cereimonialis jam pluries typis manda-
ti, nunc temporis in toto nostro Ordine jam penè consum-
pti penuria laboremus, idèd gratum omnibus fore duxi,
idem ad lucem revocare, ne deficientibus penitus instru-
mentibus Ceremoniabus, ipsæ Ceremoniarum regula defi-
ciant, & pii ritus, debitaque observantia in Divinis
Officiis confundantur, vel ex diversitate Provinciarum
diversi-